positum immundum fuit et angeli qui
candidis vestibus utebantur mortuo ca
daveri atque polluto praebebant excubias
ut post multa saecula dormitantius somnia
ret immo eructuaret immundissimam
crapulam et cum iuliano persecutore
sanctorum basilicas aut destrueret aut
in templa converteret; Miror sanctum
episcopum in cuius parrochia esse presbyter dicitur ad
quiescere furori eius et non virga
apostolica virgaque ferrea confrin
gere vas inutile et tradere in inte
ritum carnis ut spiritus salvus fiat.
Meminerit que illius dicti Videbas fu
rem et concurrebas cum eo et cum ad
ulteris portionem tuam ponebas et in
alio loco, In matutino interficiebam omnes
peccatores terrae ut disperderem de ci
vitate domini omnes operantes iniquitatem,
Et iterum, nonne odientes te domine odio ha
bui et super inimicos tuos tabescebam
perfecto odio oderam illos, si non sunt
honorandae reliquiae martyrum quo
modo legimus pretiosa in conspec
tu domini mors sanctorum eius. Si ossa eorum pol
luunt contingentes quomodo hely
seus mortuus mortuum suscitavit.
et dedit vitam quod iuxta vigilantium
iacebat immundum. Ergo omnia cas
tra israhelitici exercitus et populi dei
fuere inmunda quia ioseph et patri
archarum corpora portabant in soli
tudine et ad sanctam terram immundos

cineres retulerunt. Joseph quoque typo
praecedens domini et salvatoris nostri scelera
tus fuit quia tanta ambitione ia
cob in hebron ossa portavit ut in
mundum patrem avo et atavo sociaret
inmundis et mortuum mortuis copularet.
Praecidenda lingua a medicis. Immo in
sanum curandum caput, ut qui loqui nescit
discat aliquando reticere.
Ego vidi hoc aliquando portentum et
testimoniis scripturarum quasi vinculis
yppocratis volui ligare furiosum sed
abiit excessit evasit erupit et inter
hadriae fluctus gothici que regis alpes
in nos declamando clamavit. Quicquid
enim amens loquitur vociferatio et cla
mor est appellandus, Tacitam forsitan
cogitatione reprehendas quur in absen
tem inveham. Fateor tibi dolorem meum
sacrilegum tantum patienter audire non possum.
Legi enim syromastem finees dudum austeri
tatem heliae, zelum simonis cananei,
petri severitatem annaniam et sapphiram
trucidantis, pauli constantiam qui
elimam magum viis domini resistentem aeter
na caecitate damnavit. Non est crudel
itas pro deo pietas. Unde et in lege dicitur
Si frater tuus et amicus et uxor quae est
in sinu tuo depravare te voluerint
a veritate, sit manus tua super eos et
effundens sanguinem ipsorum auferes
malum de medio israhel. Iterum dicam Ergo
martyrum inmundae sunt reliquiae.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0260